

De ymaginibus

A képekről

Secundum hoc autem queritur de sanctis ymaginibus que adorantur, utrum hoc sit latrie vel dulia. Videtur enim quod sit dulia, eo quod sit creature quantum ad materiam et opera manuum quantum ad artem.

Videtur etiam quod ymagines huiusmodi colere sit ydolatriam revocare.

Queritur etiam cum dicitur: *Adoramus te, Domine* et iterum: *Crucem tuam adoramus*, utrum univoce dicatur adorare?

Ad quod respondebitur forsitan quod in ymagine adoratur cuius est ymago. Primum enim accipimus in sensu ymaginem, deinde ducitur intellectus ad id cuius est ymago et tandem reflectitur super ymaginem, non ut adoret ymaginem sed eum cuius est ymago.

Sed secundum hoc queritur, cum expressissima sit ymago Dei homo, quod potius adorandus sit quam cetere ymagines, cum dicat Damascenus in titulo de sanctis ymaginibus adorandis: *Sicut dicit magnus et deiformis Basilii, honor ymaginis ad prototypum pervenit, est autem prototypum quod ymaginatur illud a quo derivatur*, et sic, cum homo sit ymago Dei expressissima, in homine adorandus est Deus, maxime cum dicat idem Damascenus: *Cuius rei gratia populus mosaicus tabernaculum adorabat in circuitu, gerens typum et ymaginem supracelestium. Moysi enim dixit Dominus: vide et fac omnia secundum exemplar quod tibi monstravero in monte*. De qua etiam queritur quid accipiat per exemplar ostensum in monte. Videtur enim tabernaculum referre ymaginem mundi superioris pro parte, sicut templum pro toto, scilicet celi et angelorum; unde et Cherubin describebantur in tabernaculo.

Sed secundum hoc obicitur quia videtur quod tabernaculum non erat ymago nisi rerum creatarum et ad hec non pertinet latria.

Preterea, si dicatur quod erat ymago Dei, contra hoc est quod dicit Damascenus in eodem: *Dei invisibilis et incor-*

9–10 *Missale Romanum, Feria VI in Parasceve, in adoratione crucis* | 20–22 *Ioan. Dam., De fide orthodoxa, IV,16 (PG 94, 1169); versio Burgundii, c. 89, n. 1 (Saint John Damascene, De fide orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus, kiad. Buytaert, Eligius M., St. Bonaventure, N.Y. 1955, 331.)* | 21 *Bas. Magn., De Spiritu S., 18 (PG 32, 149)* | 24–28 *Ioan. Dam., loc. cit.* | 27–28 *Ex 25,40*

Ez alapján az a kérdés is felmerül az imádatban részesülő képekkel kapcsolatban, hogy ez latriával vagy duliával történik-e. Látjuk pedig, hogy duliával, és benne, amennyiben teremtmény, annyiban az anyagot, amennyiben kezek műve, annyiban a művészetet [részesítjük duliában].

Látjuk azt is, hogy az ilyen képek kultuszban részesítése a bálványimádást hívja vissza.

Kérdezzük még, hogy amikor azt mondjuk: *Imádunk téged, Urunk*, majd pedig azt: *A te keresztedet imádjuk*, univok módon beszélünk-e imádásról?

Erre talán azt fogjuk válaszolni, hogy a képben azt imádják, aminek a képe. Először ugyanis érzékeinkkel befogadjuk a képet, ezután az értelem ahhoz vezetettik, akié a kép, és végül visszafordítatik a kép fölé, nem azért, hogy a képet, hanem hogy azt imádjá, akié a kép.

Ennek alapján azonban azt kérdezhetjük, hogy – mivel az ember Istennek legtisztább képe – nem kell-e azt egyéb képeknél inkább imádni. Ahogy a Damaszkuszi mondja a szent képek imádásáról szóló titulusban: *Ahogy a nagy és Istent magában hordozó Vazul mondja: a képnek nyújtott tisztelt a prototypusig jut el, a prototypus azonban az, ami leképeztetik, amiből [a kép] származtatik*, és így, mivel az ember Istennek legtisztább képe, az emberben kell imádni Istent, különösen hogy ugyanez a Damaszkuszi ezt mondja: *Mivégre imádtá körül Mózes népe a mennyen túli typust és képet hordozó tabernákulumot? Mózesnek ugyanis azt mondta az Úr: Figyelj és mindent ama minta szerint csinálj, amit a hegyen mutatok majd neked*. Erről azt is kérdezhetjük, hogy mit kapott a hegyen mutatott mintával. Látnivaló ugyanis, hogy a tabernákulum részben – ahogy a templom egészben – felidézi a felső világ, azaz a menny és az angyalok képét, amiből a kerubokat is leírták a tabernákulumban.

Ennek alapján azonban ellenvetést tehetünk, mert látnivaló, hogy a tabernákulum nem kép, hacsak nem teremtett dolgoké, ezekre azonban nem vonatkozik a latria.

Továbbá ha mondják is, hogy Istennek volt képe, ez ellen szól, amit a Damaszkuszi mond ugyanott: *Hogyan tudsz képet csinálni a láthatatlan és testetlen, leírhatatlan és ábrázolhatatlan Istenről? Nagy hitetlenség és oktalanság ábrázolni azt, ami isteni*. És így láthatjuk, hogy Istent nem lehet

porei, incircumscribibilis et infigurabilis quis potest ymaginem facere? Magne impietatis et insipientie est figurare quod divinum est. Et ita videtur quod Deus adorari non posset in ymagine vel figura.

Item questio est, cum Deus adoretur in ymagine, utrum adorandus sit in vestigio. Secundum hoc enim, cum in omni creatura sit vestigium Dei, videtur adorandus esse in omni creatura, ut in lapide et huiusmodi.

Item queritur de ymagine beate Virginis, utrum adoranda sit dulia vel latria, et videtur quod dulia, cum ipsa creatura sit, et ita ymago eius non sit nisi creature.

Contra videtur illud Damasceni: *Similiter ymaginis beatissime Dei genitricis adoramus non materiam sed figuram. Honor autem qui eius est ad eum qui ex ea incarnatus est reducitur. Et ita videtur quod in ipsa adoretur filius.*

Item de sanctorum ymaginibus queritur similiter, de quibus subiungit: *Similiter et sanctorum certamina erigentia nos ad fortitudinem et imitationem ac zelum virtutis eorum et gloriam Dei.*

Ad primum respondeo quod institutiones ymaginum sanctorum in ecclesia non est revocatio ydolatrie, sed potius revocatio ab ydolatRIA. Sicut de sacrificiis legitur quod Dominus, ut revocaret filios Israel a sacrificiis que ydolis fiebant, voluit sibi sacrificia fieri, eodem modo, cum ymagine soleant fieri diis quos colebant, ut soli et lune huiusmodi, cum post Christi incarnationem multa facta sint digna memoria, expediebat ymagine fieri in eorum rememorationem. Unde tres causas assignat Damascenus quare fiunt ymagine, quarum una est, ut iam dixi, propter habendam quorundam memoriam, secunda est propter imitationem, et hee due cause sunt communes omnibus, tertia propter rudium simplicitatem. Unde ita dicit Damascenus quia *Deus propter viscera misericordie sue secundum veritatem factus est homo propter nostram salutem, non ut Abrahe visus est in specie hominis, non ut prophetis, sed secundum substantiam factus est homo, passus est, crucifixus est, surrexit, assumptus est et omnia secundum veritatem facta sunt et visa sunt ab hominibus, scripta autem sunt ad memoriam et doctrinam nostram. Quia non omnes noscunt litteras neque lectioni vacant, patres excogitaverunt velud quosdam triumphos in ymaginibus hec scribere ad memoriam velocem, propter hoc quod multotiens, non secundum mentem habentes Domini passionem ymaginis Christi crucifixionem videntes et salutaris passionis in rememorationem venientes,*

37–48 Ioan. Dam., loc. cit.; versio Burgundii, c. 52, n. 3 (Buytaert, 332) | 56–58 ibid. (Buytaert, 333) | 61–63 ibid. | 77–XX ibid. (Buytaert, 332–333) | 77–78 Lc 1,78

45 képbén vagy ábrázolásban imádni.

Kérdés még, hogy Isten – ha képében részesül imádatban – imádandó-e nyomaiban. Eszerint ugyanis, mivel minden teremtmény Isten nyoma, látnivaló, hogy [Isten] minden teremtményben imádandó, úgy mint a kőben és hasonlóknban.

50 Kérdezhetjük még a boldogságos Szűz képéről, hogy duliával vagy latriával kell-e tisztelni, és látnivaló, hogy duliával, mivel ő maga teremtmény, és így a képe nem másé, mint egy teremtményé.

55 Ez ellen látjuk ama Damaszkuszi [szólni]: *Hasonlóképpen Isten boldogságos szülőanyja képének nem az anyagát, hanem ábrázolatát imádjuk. A tisztelet ugyanis, amely az övé, ahhoz vezetettik vissza, aki belőle testesült meg. És így látnivaló, hogy benne a fiút imádjuk.*

60 Még hasonlóképpen kérdezhetünk a szentek képeiről, amelyekkel [Damaszkuszi János a következő érvet] köti össze: *Hasonlóképpen a szentek viszontagságai, buzdítása bennünket az ő erejükhez és erényük utánzásához, elkívánásához és Isten dicsőségéhez [vezetnek].*

65 Az elsőre azt válaszolom, hogy a szent képek bevezetése az egyházba nem a bálványimádás visszahívása, hanem inkább elszólítás a bálványimádástól. Miként az áldozatokról olvassuk, hogy az Úr, hogy Izrael fiait elszólítsa a bálványoknak tett áldozatoktól, maga akart áldozatot tenni, ugyanígy mivel képeket szoktak csinálni az isteneknek, amelyeket kultusszal öveznek – mint a napnak, a holdnak és hasonlóknak –, és mivel Krisztus megtestesülése után számos emlékezetre méltó dolog történt, hasznos volt képeket csinálni emezek emlékezetére. A 70 Damaszkuszi három okot jelöl meg, amiért képeket csinálnak. Először – ahogy már mondtam – valamely dolgok emlékezete végett, másodsor az utánzás végett – és ez a két ok mindenki számára közös –, harmadszor a művel- 75 lenek egyszerűsége miatt. Így mondja a Damaszkuszi, mert *Isten az ő legbelsőbb irgalmasságából, a mi üdvösségünkért igazság szerint emberré lett, nem ahogy Ábrahám látta emberi külsőben, nem ahogy a prófétáknak, hanem lényege szerint lett emberré, szenvedett, feszítettet keresztre, támadt fel, emeltetett fel [a mennybe], és mindez igazság szerint ment 80 végbe, emberek látták, és írások vannak róla a mi emlékeztünkre és okulásunkra. Mivel nem mindenki ismeri a betűket és [nem mindenkinek] van szabad ideje az olvasásra, az atyák kigondolták, hogy ezeket mint valami diadalokat írják fel képekre, hogy sebes legyen az emlékezet. Ennélfogva gyakran, amikor szellemünk nincs elfoglalva az Úr passiójával, látjuk 90 Krisztus keresztre feszítésének képét, és üdvhozó passióját emlékeztünkbe idézzük, [olyankor] nem az anyagot hanem a képet imádjuk. Hasonlóképpen Isten boldogságos szülőanyja képének*

adoramus non materiam sed ymaginem. Similiter et Dei genitricis ymaginis non materiam, sed figuram adoramus. Honor enim qui est ad ipsam ad eum qui ex ipsa incarnatus est reducitur. Similiter et sanctorum certamina erigentia nos ad fortitudinem et imitationem et zelum virtutis eorum et gloriam Dei.

Ad id autem quod obicitur utrum adorare dicatur univoce, cum dicitur: adoramus te, Domine et: adoramus crucem tuam, respondendum est quod (non) dicitur univoce, sed secundum prius et posterius.

Ad id autem quod obicitur utrum, cum homo sit ymago Dei, Deus sit adorandus in homine, respondet Damascenus dicens: *A principio Deus hominem secundum propriam ymaginem fecit. Cuius ergo gratia nos ad invicem adoramus nisi quod secundum Dei ymaginem facti sumus? Ut enim ait deiformis et magnus in divinis Basilius, ymaginis honor ad prototypum pervenit. Prototypum autem est quod ymaginatur illud ex quo derivatur.*

Set attende quod in huiusmodi adoratione uno modo potest esse latria, alio modo dulia. Latria quotiens in adoratione Deus ipse est extremum, ymago medium, et secundum hoc sensus est: adoro hominem ymaginem Dei, id est adoro Deum in ymagine sua que est homo. Et ad hoc potest pertinere quod dicitur: *Qui vos recipit me recipit et qui vos spernit me spernit.* Alio modo potest esse dulia, et secundum hoc homo qui est ymago Dei est extremum, ymago autem est in ratione cause, et tunc est sensus: adoro hominem qui est ymago Dei eo quod est ymago Dei.

Ad illud autem quod obicitur quomodo potest Deus adorari in ymagine et non sit eius aliqua ymago secundum Damascenum, unde dicit: *Dei incorporei* etc. ut supra, respondendum est quod illud intelligendum est de ymagine corporali sive materiali, que nulla est ipsius, sicut fingebant anthropomorfite.

Ad aliud autem quod obicitur de tabernaculo dicimus quod non est contrarium. Dupliciter enim attenditur ymago, scilicet in essendo et in significando. Quod autem tabernaculum dicebatur gerens typum et ymaginem supracelestium intelligendum est non essendo, cum esset quiddam materiale, sed in significando et cognoscendo, et supracelestia dicuntur ibi mundus archetypus. Est enim mundum tripliciter accipere, ut est in materia, scilicet mundum istum sensibilem, vel ut est in cognitione nostra sive angelorum, vel ut est in cognitione Dei, et sic est mundus archetypus. Unde Boethius multum pulcherrime dixit: *Mundum mente gerens similique ymagine formans.* Se-

95 nem az anyagát, hanem ábrázolatát imádjuk. A tisztelet ugyanis, amely őt éri, ahhoz vezetted vissza, aki belőle testesült meg. Hasonlóképpen a szentek viszontagságai, buzdítása bennünket az ő erejükhöz és erényük utánzásához, elkívánásához és Isten dicsőségéhez [vezetnek].

100 Arra pedig, hogy felvetik, vajon univok módon beszélünk-e imádásról, amikor azt mondjuk: Imádunk téged, Urunk, és azt: Imádjuk a te keresztedet, azt kell válaszolni, hogy azt nem univok módon mondjuk, hanem az előbbi és az utóbbi szerint.

105 Arra pedig, hogy felvetik, vajon – mivel az ember Isten képe – Isten az emberben imádandó-e, a Damaszkuszi válaszol így szólván: *Isten a kezdetkor saját képe szerint csinálta az embert. Tehát mivégre imádjuk egymást, ha nem azért, mert Isten képére vagyunk csinálva? Ahogy ugyanis az Istent magában hordozó és az isteni dolgokban nagy Vazul mondja, a képnek nyújtott tisztelet a prototypusig jut el. A prototypus pedig az, ami leképeztetik, amiből [a kép] származtatik.*

115 De figyelmezz arra, hogy az efféle imádatban az egyik módon lehet latria, a másik módon dulia. Akárhányszor latria van az imádatban, maga Isten a végső [cél], a kép köztes, és eszerint érzékeltetik: imádom az embert, Isten képét, azaz imádom Istent az ő képében, ami az ember. És ide tartozhat, hogy azt mondják: *Aki titeket befogad, az engem fogad be, és aki titeket eltaszít, az engem taszít el.* Másik módon [az imádás] dulia lehet, és eszerint a végső [cél] az ember, aki Isten képe, a kép pedig az ok fogalmában van, és ezután érzékeltetik: imádom az embert, aki Isten képe, azért, mert Isten képe.

125 Arra pedig, hogy felvetik, hogyan lehet Istent képben imádni, és hogy a Damaszkuszi szerint valamely kép ne lenne az övé: *A testetlen Istenről* stb., ahogy fent [írtuk], azt kell válaszolni, hogy az [Isten] testi vagy anyagi képből fogandó fel, amely – ahogy emberi alakra formálták – semmiképpen sem az övé.

130 A másokra pedig, amit a tabernákulumról vetnek fel, azt mondjuk, hogy itt nincs ellentét. Ugyanis kétféleképpen figyelmezzünk a képre, tudniillik létében és jelentésében. Az pedig, hogy a tabernákulumot a mennyen túliak typusát és képét hordozónak mondják, nem létében [értendő], mivel ez valami anyagi, hanem jelentésében és felfogandóságában, és a mennyen túliakat akkor archetypus-világnak nevezik. A világot ugyanis háromféleképpen értjük: ahogy az anyagban van, azaz eme érzéki világgént, vagy ahogy a mi felfogásunkban vagy az angyalokéban van, vagy ahogy Isten felfogásában van, és az így archetypus-világ. Ezért, ahogy Boethius a legszebben mondta: *A világot elmédben hordozván és hasonló képben formálván.* Eszerint a tabernákulumhoz való imádkozásban

cundum hoc in orando tabernaculo poterat esse latria vel dulia, latria secundum quod honor habitus in tabernaculo erat ipsius Dei, et sic Deus adorabatur in tabernaculo secundum quod honor ymaginis ad prototypum dicitur pervenire, dulia secundum quod tabernaculum adorabatur, quia erat typus supracelestium et sanctificatum Domino.

Ad illud quod queritur utrum Deus adorandus sit in vestigio sicut in ymagine respondendum est quod <cum> de homine dicitur quod factus est ad ymaginem Dei non intelligitur secundum corpus, sed secundum animam que est spiritualis substantia et expressissima ymago Dei quantum possibile est fieri in creaturis secundum memoriam, notitiam et amorem. Vestigium autem pertinet ad res corporales, et ideo in vestigio non adoratur Deus nisi in quantum significando et non essendo reducitur ad id quod Dei est, ut dictum est de tabernaculo. Unde oportet quod immediate ordinetur ad hoc per aliquam institutionem, ut factum est de tabernaculo. Similiter ex institutione est quod dicitur: crucem adoramus, scilicet Christi, et adorando crucem in ipsa tamquam in ymagine adoramus Deum passum.

Ad illud quod obicitur de ymagine beatissime Virginis respondendum est quod tam ymago eius quam ipsa adoranda est dulia. Et quod dicit Damascenus quod honor eius reducitur ad eum qui de ipsa incarnatus est, non propter hoc dicitur quod in ipsa adoretur Deus, sed ipsa propter Deum, unde reducitur tamquam ad finem.

Tamen aliqui dicunt quod ipsa latria adoratur in Deo, et non sequitur: ergo latria adoratur, sicut non sequitur: fruar te in Deo, ergo fruar te.

Sed contra hoc queri potest. Si ipsa latria non adoratur et tamen latria honoratur in filio, quomodo adoratur non nisi dulia? Et ita idem est quod prius.

Preterea, quid adoratur ibi latria? Si dicatur quod Filius Dei, non potest esse, quia latria est cultus Deo debitus et exhibitus, ibi autem non exhibetur Deo nec in se nec in ymagine. Similiter dicendum est quod sanctorum ymagines quibus incitamus ad virtutem latria adorantur.

145 lehet latria vagy dulia, latria aszerint, hogy a tabernákulumnak nyújtott tisztelet magáé Istené volt – és így Istent aszerint imádták a tabernákulumban, hogy, mint mondják, a képnek jutott tisztelet a prototypusig jut el –, dulia aszerint, hogy a tabernákulum részesült imádatban, mert a mennyen túliak typusa volt, amelyet az Úr szentesített.

150 Arra a kérdésre pedig, hogy Isten imádandó-e a nyomában, úgy mint a képében, azt kell válaszolni, hogy amikor az emberről azt mondják, hogy Isten képére készült, ezt nem a test szerint értjük, hanem a lélek szerint, ami egy szellemi létező, és a teremtményekben Isten legtisztább képe az emlékezet, az ismeret és a szeretet szerint vehető ki. A nyom ellenben a testi dolgokhoz tartozik, és ezért a nyomban nem imádjuk Istent, kivéve ha jelentésében – nem pedig létében – visszavezettetik ahhoz, ami Istené, ahogy a tabernákulumról mondtuk. 155 Ezért kell, hogy valamilyen elrendelés közvetlenül határozza meg erre, ahogy a tabernákulummal történt. Hasonlóképpen elrendelésből van, hogy azt mondják: imádjuk a keresztet, azaz Krisztust, és a kereszt imádásakor abban mintegy képben imádjuk a szenvedő Istent.

160 Arra, amit a boldogságos Szűz képéről vetnek fel, azt kell válaszolni, hogy az ő képe, éppúgy mint ő maga duliával imádandó. És hogy a Damaszkuszi azt mondja, hogy az ő tisztelete ahhoz vezetetik vissza, aki belőle megtestesült – emiatt nem azt mondjuk, hogy benne magában imádjuk Istent, hanem őt magát imádjuk Isten miatt, ezért vezetetik vissza [Istenhez] mint célhoz.

Mindazonáltal egyesek azt mondják, hogy őt latriával imádjuk Istenben, és ebből nem következik, hogy tehát őt latriával imádjuk, amint így sem következtethetünk: 175 örvendek neked Istenben, tehát örvendek neked.

De ez ellen fel lehet tenni egy kérdést. Ha őt magát latriával nem imádjuk, és mégis latriával tiszteljük a fiúban, hogyan imádjuk, ha nem duliával? És így ez ugyanaz, mint előbb.

180 Aztán kit imádunk itt latriával? Ha azt mondjuk, hogy Isten Fiát, az nem lehet, mert a latria az Istennek járó és neki nyújtott kultusz, itt pedig nem Istennek nyújtjuk – sem önmagában, sem képében. Hasonlóképpen kell mondani azt is, hogy latriával imádjuk a szentek képeit, amelyek erényre buzdítanak bennünket.